



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XLIV. Polygamia an Christianis sit licita?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

Vnde ait 1. Tim. 2. *Saluabitur per filiorum generationem*, id est, in hac, vt medio; non vt per causam. Proinde monet 1. Thef. 4. *Sciat vnusquisque Vas suum possidere in sanctificatione*. Et sic, 1. Tim. 2. *Vnusquisque Domum suam habet ex Deo*. Nam tale Honorabile coniugiū est quasi Domus Dei.

Iam sic qui que statuat: Paulus promulgauit Matrimonium vt verum Sacramentum, signum externum gratiæ internæ: ergo accepit à me Christo Institutum cum certitudine infallibili gratiæ conferendæ. Nam cum *Gratiam & gloriam dei Dominus* solus: Paulus dare, vel instituere vt daretur nequirit citra Sacrilegā temeritatem. Quod autem Institutio specialiter scripta non sit, sicut plurium Sacramentorum etiam aliorum; causa est, quia iussi, *Prædicate Evangelium* non, *Scribite*, Sicq; prædicatū est.

#### QVÆSTIO XLIV.

*Polygamia an Christianis sit licita?*

##### LXV. ANTICHRISTIANISMVS.

**K**EMNITVS affingit Nobis, quod, vt Montani, prohibeamus polygamiam successiuam, seu nuptias secundas, terras &c.

**L**VTHERVS diserte docet polygamiam plurium simul vxorum, vt licitam, relinqui cuique liberam: exemplo patriarcharum.

**CHRISTVS. I.** Colūba mea Sponsa Ecclesia semper sensit & docuit iuxta illud, 1. Cor. 7. *Si dormierit vir eius, cui vult, nubat tantum in Domino*: quotuscunque vir ille fuerit. Quin optima cohortatio Apostoli est, 1. Tim. 5. *Viduas iuniores volo nubere, secundū, tertium, &c.*

**II.** Polygamiam plurium simul vxorum ego abrogauī; & Mat. 19. matrimonium reuocaui ad primam Institutionē. Percuntatibus, an liceat dare libellum repudij, negaui, Instantibus, Moysen

permisisse, dixi: *Ad turbarē cordis vestri permisit: Ab initio autem non eras sic*. Monogamiam verò vnus cum vna institutam abs Deo, istis ostendi.

1. *Masculum & feminam feci eos: Adhaerebit vxori suæ: Erunt duo, non tres, &c. in carne vna.*

2. *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro:* at in pluralitate vxorum essent multæ carnes; quæ diuisio est, non vnio.

3. Et Si vni plures esse voluissēmus, ei adiutoria, non adiutorium, fecissemus initio.

4. Ego ipse, Mat. 5. & 19. Mar. 10. Luc. 16. declarauī eum, qui dimissa vxore aliam duxerit, in cæcharis eò sc. quod prior licitè dimitti nequibat: Est, fiat coram hominibus; non tamen corā Deo. Quod si dimissa sit adhuc vxor; magis illa quæ nunquam dimissa fuit.

5. Prouidē Paulus semper de vxore loquitur in singulari 1. Cor. 7. *Vnusquisque vxorem suam habeat*. Et, *Alligatus es vxori: Noli querere solutionem*. Clarè Ro. 3. *Viuentē viro, vocabitur adultera, si fuerit cum altero viro*. 1. Cor. 7. *Is, qui Matrimoniū iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam; aut viro suo reconciliari*. Quare vnus vni, vnaq; vni inhæreat.

#### QVÆSTIO XLV.

*An factō Diuortio ob fornicationem fiat & Vinculi solutio?*

##### LXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERRANI & CALVINIANI solutionem & thori & Vinculi ob fornicationē, aut infidelitatem fieri:

**L**VTHERRANI quidam ob alias etiam culpas quascunq; solui volūt. Vide *Luthero-c. p. 3. q. 113.*

**CHRISTVS. I.** Ego sic statuo, Mat. 5.

N

Omnia